



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis  
Expositio**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Quædam Classes Personarum quid, & quantum donare possunt? §. 1.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

hoc Juramento non revocaandi testamentum,  
& consequenter donationem causa mortis,  
vide, quæ nos alibi a diximus, & quæ dice-  
mus b' mox in simili.

11. De donatione causa mortis innúmeri  
Jurisperiti late disputant, innumeriq; Theo-  
logi, quorum præcipios citatos habes præter  
Onate, c & Molina d apud Dianam e varias  
de hac dispositione facultates percurrentem.

*Donatio, non subsistente causa ipsius.*

Ubi

*De simili Eleemosyna, vel Legato.*

12. An donatio facta ob aliquam causam,  
ca non subsistente, sit valida?

Respondeo, necessariam esse distinc-  
tionem. Donatio enim per errorem facta, quan-  
do error cadit in substantialia, est nulla, est  
autem valida quando in accidentalia, qui ibi  
non subsistit causa donandi, quare, nec dona-  
tio ab illa dependens, hic vero subsistit. Et  
ratio ulterior est, quia, non persistente causa  
cadente in substantialia, donans merito judi-  
catur, nequaquam persistere in sua dispositio-  
ne, at vero, non persistente causa cadente in  
accidentalia, quia sic levis est mutatio, in ea-  
dem dispositione merito persistere judicatur.  
Vide quæ in simili dixi de Promissione cap. 4.  
a num. 8.

13. Illud diligenter advertendum, hic, no-  
mine substantialium intelligi omnes illas  
causas, quæ sunt motiva Donationis, hoc est,  
quæ, si cognitæ fuissent non adesse facta non  
fuisset Donatio: Accidentalia vero sunt cau-  
se tantum impulsivæ, id est quibus cognitis  
non adesse, adhuc facta Donatio fuisset.

Hæc breviter innuisse sufficiat: nam mul-  
ta de hoc arguento ego alibi f' dixi.

14. Non subsistente paupertate, Sanctitate,  
infirmitate, an donarius obligetur restitu-  
tere ea, ad quæ donanda principaliter notus  
fuit donans ab his, causis, dixi item g alibi, ut  
etiam alibi de occulte deforata, si aliquid ac-  
cipiat ex causa Virginitatis.

15. In dubio de animo donantis, an causa  
donandi fuerint motiva, an impulsiva? resti-  
tuendum pro rata dubii puto.

## CAPUT III.

## Quis possit donare?

D Onare ii possunt, qui legitimè sub su-  
dominio, vel libera administratione  
rem donandam habent. Dubitatur autem  
de aliquibus, de quibus ego alibi per a-  
lias occasiones disputativi, quorum loca, in  
gratiam Lectoris, indicabo infra cap. ultimo.

Alia igitur, quæ super sunt, hic in propria  
sede suam tractionem merito expolcent, &  
ego breviter studiois propinabo.

## §. PRIMVS.

*Quædam Clases Personarum quid, &  
quantum donare pos-  
sunt?*

## REGES, ET PRINCIPES.

1. R eges, & Principes donare quidem &  
remunerari de suis propriis bonis libere  
possunt. Verum de Bonis Coronæ, quæ se ha-  
bent, ut bona vinculata, & ipsis data, ad bo-  
nam administrationem, & defensionē Regni  
non possunt profusè donare in damnum suc-  
cessorum, nam propterea iidem Successores  
possent revocare has nimis exorbitantes do-  
nationes ex predictis bonis factas: quod mi-  
nitius, multis adductis Doctoribus, haber  
Diana, b apud quem etiam habes donatio- h Diana p.  
nem remuneratoriam Principis non immo- 8. tr. 6. ref-  
deratam, cum transeat in contractum, revo- 18. ib. ref-  
cari non posse, tandemque multis gaudere 122. &  
Privilegiis. 123.

2. Illud in his dubitari solet, An, si dicti  
Reges, ac Principes inveniuntur ære alieno  
gravati, possint nihilominus donationes li-  
berales, vel remuneratorias facere?

Respondeo, posse, sed certè limitatius. Si-  
cut enim tunc possunt expendere ea, quæ sunt  
ad suum decentem statum necessaria, ita & ad  
has liberales, sed moderatas Donationes, quæ  
ad ejus decentiam sine dubio pertineant, cum  
non possit (ait i Delugo) Regia dignitas sine i Delug. d.  
liberalitatis exercitio decenter sustineri. 23. de Iust. n. 148.

3. Ex qua doctrina collige idem cum pro-  
portione sentiendum de aliis Principibus Se-  
culari-

cularibus, immo, & proportionaliter de Ecclesiasticis, aliisque similibus; si enim eas donationes, sive mere liberales, sive remuneratorias facere possunt, quæ, omnibus a viro prudenti expensis, judicantur pertinere ad ipsorum statuum decentiam, ita nimur, ut viles notabilitati haberentur, ni eas facerent: quare, si moderatas, modo dicto, sint, ut esse certè omnino debent, ad congruam eorumdem sustentationem revocantur.

## §. II.

*Rectores Civitatum, seu Universitatum.*

1. **I** non solum possunt expendere necessaria ad publicam utilitatem, ut ad condendum Medicum, Advocatum, Magistrum Arrium, ad fabricandum carcерem, ad Pontes necessarios construendos, vias accommodandas, ad procurandam annonam, &c. Verum etiam ad moderatas, juxta quantitatem Bonorum Civitatis, Donationes remuneratorias, immo ad moderatas item, & liberales, conducentes ad bonum Universitatis, qualis est elemosyna, & ad ludos, publicæ recreationis gratia, exhibendos, dum modo a necessariis, & à debitis solvendis notabile quid non admittatur. *Leg. Sancex, a & Delugo.*

2. Illud profecto, quod ex Bartolo assert Diana, & approbare non possum, quod est necesse, si Rectores hoc anno Civitatem gubernantes, non remunerati sunt obsequium Universitati factum ab aliquo, nequeant Rectores anni sequentis remunerari, quia remuneratio (inquit Bartol.) est personalis ex parte remunerantis. Approbare, inquam, non possum, nam Rectores sive hujus, sive alterius anni non agunt nomine propriis; sed nomine Universitatis, seu Civitatis, quæ semper est, & remanet eadem persona moralis, &c.

*a Sanc. in  
confil. I. 1.  
c. 6. d. 8.*

*b Delugo  
d. 23. de  
Inst. n. 14*

*c Diana p.  
8. tr. 6. ref.  
16. fine.*

re sua, sed illiciter, si notabiliter damnum faciant legitimis filiorum. Valide, inquam, donec filii revocet, nam filios posse donationes Parentum in sua legitime præjudicium facias irritate per Judices post Parentum mortem, mihi certum est, & videri potest apud Rebell. d atque in nostro Decal.

2. Quando donationem facit Pater Filio Clerico in fraudem Gabellarum, probat ibi dem Diana, f adhuc Gabellam deberi, sed deinde questionem irresolutam relinquat. E. e L. i. go sancte in memoria tibi revoco, nemini debere hanc fraudem in foro interno suffragari, nam in foro externo: cum delictum fraudis non præsumatur, evinces item contra Gabellarios. Quod si Pater vere, & sine fallaci ex occasione quidem non solvendi Gabellam, sed ex alio decenti motivo, suum Clerico Patrimonium assignet, non mihi videatur, esse condemnandus.

3. Quid de Donatione Parris facta Filio ad ordines suscipiendo? Id sic solum quarto, nam ceterum de Donatione, quam Pater, vel Mater faciat Filio universaliter, alibi g. d. 2. L. i. cum est.

Respondeo, Pater non solum valide potest, sed etiam obligatur dare filio, quod est necessarium ad assumendos Ordines Sacros. Intellige semper, si suspectant Patri facultates, &c. An item ad Ordines Minores & alia minoritaria eruditæ tractat Cutelli. h Data autem à Par. à Cantre in Patrimonium, ut filius Ordines suscipiat, multi apud eundem Cutelli dicunt, patru computati in legitimam, & venire in computationem cum aliis fratribus. Multi apud eundem negant. Utrumque probabile, id quod nos alibi satis explicimus.

4. Donatio facta à Patre, ut item à quounque alio facta, filio, vel cuiuscunq; alteri facta, hoc est, ut sequuta ordinatione non pertinet, sic donata, vel, ut illa ordinatus restituere renatur, adhibita eriam, ut solet. An tapoca, vel, ut vocare consuevimus, Alberano, quatenus invalida sit, &

illicita, dixi supra, cum de k Ordine.

## §. III.

*Parentes.*

1. **P**arentes, quamvis multos habeant filios, licite ea possunt donare, quæ pertinent ad decentiam sui status. Si vero ea, quæ ad ejusmodi decentiam non pertinent, profuse donent, valide donant, quia disponunt de